

Notes du mont Royal


www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

A. gr.

Lucianus de ratione
conscribendæ historiæ, ex
græco in latinum
traductus,



Ex lib.



INVICTISSIMO AC GLORIOSISSIMO DI
uo Maximiliano Romanorū Imperatori Augustissimo,
orbisq; Christiani principi omniū potentissimo foelicissi
moq; Bilibaldus Pirckheymer Nurembergensis perq;
humiliter se cōmendat,

¶ Qui ludicro seu vero decertaturi sunt prælio, Impera
tor exuperantissime, anteq; Martis subeant discrimen, ar
ma expedire, animi vigorem confirmare, corporis robur
exercere, consueuerunt/ vt cum p vsum diutumum, ac pu
gnæ simulachrū, iam vires foeliciter experti fuerint, rem
alex ita demum recte cōmittere valeāt/ Pariter & me ope
præcium facturū existimaui, si priusq; officiū a Serenita
te tua mihi demandatū, aggrederer, ingenii periculū fa
cerem, ac plane experirer, num iussionibus sacratissimæ
Maiestatis tuæ satisfacere, historiāq; ad me transmissam,
faustis eiusdem auspiciis, e sermone græco, in latinū com
mode vertere possem. Ex omnibus itaq; auctoribus,
Lucianū potissime delegi, scriptorem sane q; acerrimū,
suauem & iocundum, derisorē nō minus salsum, q; lepi
dum & vrbānum, Sententiarū grauitate insignem, Figu
ris vero & structura modulatū & concinnū, quēadmodū
rerum copia foelicem, ac verborum elegancia venustum,
pressum pariter & redundantē, omni deniq; dicēdi vene
re absolutū & rotundum/ Cuius cōmentarium de ratione
conscribendæ historiæ, ideo transtuli, vt. Clementia tua
ex illo, tanq; præludio quodam, recte de futuris coniectu
ram sumere posset/ quāuis enī si ad magnitudinem respi
ciat, opusculū perq; minutulū esse videat, longe tamen
plus in recessu cōtinet, quā aperta fronte polliceat/ gem

marum instar minutissimarum, in quas natura maiestas rerū præcia arctissime inclusit. Accipe igitur Cæsar fortunatissime, solita tua bonitate tenuis ingenii monumentū. Nam & deo Opti. ac Max: plus voluntaris simplicitas, quā diuitiarū opulentia, accepta esse solet / cuius te præcipuum amulatore esse decet, cum eius imaginē in terris repræsentantes, bonisq; nō solum extraneis vniuersos exuperes homines, sed & animi dotib9, virtute scilicet, ac doctrina, cunctis præstes mortalibus. Siquidem verissime affirmare ausim, non solū inter bellicosos impatores te esse doctissimū, verum & inter doctos bellicosissimū nec aliquem æque post magnū illum Alexandrū, ac Cæsarem Iulium militare disciplinā, tam egregie literarū studiis ac te copulasse / rara hæc felicitas, ac omni auro vix vni aut alteri concessa. Quapropter meo iure facturus mihi videor, si tibi principi fortissimo pariter & eruditissimo, cæthacea hæc offerā munera, cum & iam pridem sub te, nō solum in litterarū monumentis sudauerim, sed & bellicis funestissimis militauerim, exercitus duxerim, præcipue vero bello Heluetico, auxiliaribus copiis, in subsidium potētiae tuæ a Rep: Nurenbergēsi missis, tam equestribus quā pedestribus vniuersis præfuerim, ac imperauerim. Nemo igitur prudens mihi vicio vertet, si innumeras bonitatis tuæ virtutes ac gloriam, quēadmodum militando, ita & scribēdo imitari, ac reuerēter, sed a longe sectari concupisco / quandoquidem ita a natura comparatum esse videmus, vt principum moribus, frequēter se subditi adaptare cōsuecant. Audaciam præterea florentissima tua pietas mihi subministrat, quotienscūq; enī te, Nurenbergēsis reipublicæ tuæ legatus, reuerēter adeo, tantūq;

numen supplex adoro, nō solum me, vt optimum decet principē, benignissime audis, sed & gratiosissime, ac muneribus quādoq; donatū, absoluis, ac dimittis. Quid, q; a sacratissima Maestestate tua, honore tam digno sum honestatus, vsm̄era indulgentia, motuq; spontaneo, in consiliarium domesticū tuum sim ascitus, ac reliquorum virorum tantorum, numero ascriptus, prę quibus omnibus si grates dignas referre cuperem, penitus nō valerem, & si possem, fortuna tua amplissima id minime pateretur. Verūtamenē, donec viuentiū censebor nomine, Serenitatis tuę pręceptis, mādatis, & iussionib⁹, nō solū humiliter obsecundabo, sed & perq; obsequent parebo. Inclyte ac Pie Cæsar, Victōr Fauste, ac Triūphator semp Auguste,

¶ LVCIANI VITA.

Lucianus Samosatensis Sophista, cum Traiani Cæsaris temporibus, apud Antiochiā Syrię, causas forenses parū feliciter egisset, ad scribendū animū aplicuit. Et quoniam, omnia deridendo, nil affirmādo, neq; deis neq; hominibus parcat, Athei nomē sortitus est, & a canibus tandem laceratus esse dicitur: dicta eius præstantiora nō parum multa, viri Cristianissimi scriptis inferuere propriis, etsi ille religionis verę desertor, impiusq; extiterit calumniator. Doctus alioqui, ac longe saniori mēte dignus, In presenti vero cōmentario, quanuis subiniciū vt assolet, illudere videatur, illudendo tamē instruit, ac tandem quo pacto historia sit conscribenda, ægregie, ac præter cōsuetudinem edocet.

QVO PACTO HISTORIA CON- SCRIBI OPORTEAT.

¶ Ferūt Abderitas, formose Philon, Lysimacho regnāte, talem inuasisse morbum, febris acuta ac vehementi confestim sub initium, populariter cuncti corripiebant. Septimum inde circiter diem, nonnullis sanguis multus e naribus pfluens, aliis vero sudor copiosus supueniens, febrem dissoluit. vnde in risum a gritudo illa demum couersa est, omnes enī ad tragœdias recitandas impellebant, ac Iambi ca ad modum vociferantes decantabant. Potissimum vero Euripedis Andromedā lugubri resonabāt carmine, Perseiq; verba accurate enarrabant. refertaq; erat ciuitas vniuersa, pallidis & extenuatis illis, septenariisq; tragœdis. Tu vero diuorum tyrannē hominūq; Amor, Et reliqua, sonora quadā voce cantatiūm. Idq; longo durauit tempore, Donec hyemis ac frigoris supueniēs asperitas, eos a nugis illis tādē absoluit. Huic vero rei Arche laus tragœd9, rûctpis illustris, occasionē præstitisse mihi videt, qui media æstate, ac vehementi calore, ipsis Andromedā recitauerat, Vnde cōplures in theatro febris inuasit, qui inde surgentes postea in tragœdiā delapsi sunt, cū admodum tenaciter eorū memoria Andromeda adhereret, Perseusq; cū Medusa, vniuscuiusq; mentem adhuc circumuolaret. ¶ Vt igitur vnū alteri (vt aiunt) comparem. Abderiticus morbus nunc quoq; multos corripuit eruditos, nō q; tragœdias recitent, tolerabilius enī deliraret, si alienis hand malis detinerent Iambi. Sed postq; quæ pedibus versant cōmota sunt, bellum videlicet aduersus Barbaros, cladesq; in Armenia accepta, ac victoriæ crebræ, nemo non historiam scribere aggredit. quin potius

Ad philonem quemdā scribit

Carmē ex Andromeda Euripidis.

Thucydides, ac Herodoti, Xenophontes quoq; nobis
passim emergunt, adeo vt verū esse videat adagiū illud,
Ob Elemētorū cōtra- Bellum rerū omniū pater, quandoquidē tot historici vno
rietatem. impetu pducti sunt, Hæc igitur O Amice, cum cernerē
Diogenes. & audirē, Sinoponensis illud in mentem venit. Cum enī
Philippus macedonū Philippus iam ingruere diceret, Corinthii vniuersi p-
Rex. Ale- babant, ac negotiis occupati erāt. Aliqui enī arma præ-
xandri pa- parabant, quidam lapides transferebant, illi mania refu-
scr. ciebant, nōnulli vero ppugnacula firmabant, alii autem
aliud quid vtile subministrabant, quæ cū Diogenes con-
tēplaret ac nil haberet quod ageret, nemo enī illius vte-

Lucus iux- batur opera, succinxit vestem, ingentiq; studio doliū, quo
ta Corin- domus vice utebatur, susq; deq; in Cranio vertere cepit.
thū a mul- Cuncq; a familiari quodam, quidnā faceret interrogatus
titudine cor- esset, respondit, dolium voluo, ne solus inter tot operātes
non arbo- ociari videar. Proinde ego quoq; o Amice, ne solus intā
rū sic dict' garrula tempæstate mutus essem, neye tanq; comicū sa-
Doliū vol tellitiū, ostitabūdus ac silens ptransirem, recte me factu-
uere. rum existimaui, si pro virili pariter quoq; dolium reuol-
uerem, non tamen vt historiā scriberem, siue res gestas

Res admo- periculū, si quis paxa voluar, præsertim tam fragile do-
dū difficil- liolum, quale illud meum est, nō admodum firmiter ope-
lis historiā re figulari decoctū, mox etenī vt minuto illideret lapillo
cōscribere. colligere testas cogeret Quidnā igitē decreuerim requirē

A fumo & scz, vt ipse tutus, ac extra teli iactum cōstitutus, belli par-
vnda sum. ticeps fiam, et tibi singula enarrem, consultoq; a fumo &
ptū ex Ho- vnda, necnō a curis, quæ huic scribēdi insunt, muneri, ab-
mero odif- stineam, admonitionē vero p breuē quandā, præceptaq;
scæ li. xii.

hæc pauca scribētibus suggeram, vt si minus inscriptio-
 nis, saltē ipsius particeps fiam ædificii, digito summo Lu-
 tum attingens, ¶ Verū enī uero q̃ plurimi, admonitione
 aliqua ad negotiū illud, minime sibi opus esse arbitrantē,
 nō magis ac arte aliqua ad eundem, videndū ue, aut co-
 medendum, sed admodū rem facilem, paruicq; momenti
 ac vniuscuiusq; hoīs esse historiā conscribere existimāt,
 dūmodo mentis conceptū exprimere quis valeat. Atqui
 tu Amice optime nosti, quā arduū negotiū sit illud, mini-
 meq; ex istis, quæ per se gñitiē cōponi solent, sed quod in-
 ter cunctā rem litterariā, maxima indigeat cura. Si quis
 (vt Thucydidis vtar verbis) ad æternitatē aspirare nitiē
 Proinde oppido q̃ paucos a sententia me dimoturū, nō
 nullis vero molestum valde futurū, certissime noui, maxi-
 me qui historiā iam absoluerūt, ac in publicū emiserunt,
 Sūmꝫ etenī dementiæ est, sperare eos, qui iam ab audī-
 toribus collaudati sunt, qd emendaturos, seu transcriptu-
 ros, ex iis, quæ semel approbata, ac velut in regias aulas
 reposita sunt, ¶ Cæterum nō ab re forsitan erit, illos eos-
 dem quoq; alloqui, vt si quando bellum aliud, vel Celtis
 cōtra Getas, aut Indis aduersus Bactros cōfletur (nemo
 enī contra nos, qui iam vniuersa subiugauimus, tale quid
 audebit,) exactius historiā componere valeant, regulam
 hanc, si saltem recta esse videat, ante oculos constituen-
 tes, sin minus, ipsi cum eodem illo cubito, quē admodum
 & nunc opus cōmensuranto. Nec medicus admodū do-
 lebit, si Abderitæ cuncti sponte recitent Andromedam,
 ¶ Igitur cum duplex sit consilii officium, Vnum quidem
 quæ eligenda, alterū quæ declinanda sint edocet, Age de
 iis, quæ historiā conscribenti fugiēda, & a quibus potissi-

Architecti
 instar.
 Admonitio
 vilipen-
 ditur.

Arduū ne-
 gotium his-
 toriam cō-
 scribere.
 Thucydi-
 des.

Recōdinat

Morder ro-
 manos.

Regula fa-
 brilis.
 Eadem
 amussi.

Duplex eō-
 filii offici-
 um,

me sit abstinédū, primo verba faciamus. Deīn quibus vt a vero tramite & recta via non aberret, sint obseruanda a quali nam principio sit auspicandū, quis ordo rebus gestis adaptādus, qui modus singulis accomodādus, quæ subtriceda, quibus immorandū, quæ carptim tantūmodo pstringēda, quo pacto cūcta sint explicāda ac coaptāda, hæc & similia postea enarrabim⁹, nūc aut vicia, quæ imperitos sequi cōsueuere historicos, enumerare pergamus.

¶ Porro, quæ nam in omni sermone vulgata sint errata, seu in voce ac cōpositiōe, seu in sentētiis & reliqua inscitia, longū esset referre, & ad ppositum præsens minime spectans, cōmunia etenī (vt dixi) omniū sermonū vitia, aut in voce, aut structura versant. In quibus vero historici aberrēt, facile, si obseruaueris talia deprehēdes, qualia & mihi sæpius auscultāti visa sunt, maxime, si omnib⁹ aures, patefeceris. Interim vero nō intemptiuū erit, exē

Barbaris
mus.
Soloecis
mus:

Primus error eorum
qui omitta
historia in
laudibus
versantur.

Distantia

Grauis
mī & acutissimum.
Historia
mendatiū
respuit
Periti i me
dicinis q a
genitorib⁹
artē accepe

pli grā nōnulla cōmemorare, quæ perperā cōscripta sunt.

¶ Et primo quantū in illo errent, considerem⁹. q̃ plus rimi enī ex eis, quæ gesta sunt, memoriæ p̃dere negligūt. Laudibus vero ducū & imperatorū longius immorant, suos quoq; in sublime tollunt, ac hostes plus æquo depriimūt, ignorātes, haud angusto isthmo historiā a laudib⁹ discretam, & admodū remotam, ac muro ingenti seiunctā esse. Deniq; iuxta muscorum prouerbiū *οἷς οἷα γὰρ ὁ* mutuo sese respicere inter uallo. Siquidem laudanti hoc vnū curæ est, quo pacto laudare ac oblectare laudatum valeat, parumq; curat, si mendatio quoq; subolescenti finem consequatur. Atqui historia, ne tantillum quidem, momētaneumue mendatimu tollerare potest, perinde ac medicorū filii, arteriæ meatū intercipi ferunt, cum quicq; vel minimū illuc delapsus fuerit,

¶ Præterea ignorare mihi tales videtur, q̃ poetices & poe
 matū alia sit p̃fessio, regulæq̃ peculiare, alia vero histo- Longe dif-
ferū histo-
ria & poe-
tica.
 ria. Ibi enī libertas & lex vna prescripta ē, videlicet, quic-
 quid poetis placitum fuerit. Numine enī afflati, ac musis
 perciti, & si aligerorū equorū currū cōiungere, eosq̃ super
 vndas aut aristarū summitates currere voluerint, minime
 illis vitio vertetur. Neq̃ cum eorū Iupiter, terrā pariter
 & mare vna resti extracta suspendit, verentur, ne illa ab-
 rupta, cuncta in terrā deiecta cōterantur. Sed si Agamē-
 nonē laudare voluerint, nemo illis impedimēto erit, si ip-
 sum oculis ac capite Ioui similē esse effingāt, pectore aut
 fratri eius Neptuno, cingulo Marti, oportet enī Atrei &
 Aeropæ filium, ex omnib⁹ diis quoddā fieri cōpositum
 haud enī Iupiter ipse sol⁹, Neptunusue, aut Mars, illius
 pulchritudinē explere sufficit. Notat Ho-
merū Iliad-
dos Li. xv.
Homerum
carpit illi
Li. viii.
Iliados.
Li. ii. Historia vō, si adulationē
 aliquā admiserit talem, quid aliud q̃ pedissequa quædā
 poetices efficitur? Siquidē cū magniloquētia illa priuata
 fuerit, nec nō reliqua monstra numeris denudata indica-
 uerit, longe poeticen se insigniorē ostendit. Historia
in qua adu-
latur poeti-
ces efficit
pedissequa ¶ Magnū igitur,
 imo maximū hoc vitium, si quis ea quæ ad historiam
 spectant, ab illis quæ ad poeticē ptinent, haud nouerit se
 gregare, sed historię poetices inculcat illecebras, fabulas
 videlicet & laudes, nec non excessus, qui ex illis redun-
 dare solent, perinde ac si quis Athletam quempiā ex ro-
 bustis illis, & ferme illigneis, nudū, palla amiciat, ac reli-
 quo ornatu meretricio exornet, fūco p̃fricet, cerusaq̃ faciē
 expoliat. Dii immortales, quā ridiculum ipsum efficiet, si
 tali ornatu eū dedecoret. ¶ Atqui hoc nō dico, q̃ laudib⁹
 in historia non sit aliquādo indulgendū, quandoquidem Modus in-
laudibus
seruandus.
 tempore cōuenienti laudare decet, modus tamē rei adhi-
 bendus est, ne talia postea legētibus molesta esse depres-

hendantur/ & vt vno verbo eloquar, penitus ad sequētia
 regulanda sunt, quēadmodū paulo post ostendā. Porro
 quicumq; historiā in duas partes se recte diuidere arbi-
 trantur, in oblectationē scilicet & vtilitatē. Ideoq; laudem
 quasi legētib; iocundā & delectabilē, historiæ inculcāt,
 vides ne q̄tū a veritate aberrēt? Primo, quoniā adulterina
 vtūtur diuisiōe. Vnū est enī officiū, ac solus historiæ
 finis, Vtilitas, quæ non nisi ex veritate cōquiritur, gratior
 tamen erit, si illā iucunditas subsequat̃, quēamodū Ath-
 letam forma. Sin minus nil prohibet abhercule generari
 Nicostratū Isidoti, generosum quidē, & vtroq; aduersa-
 rio fortiozem, q̄uis aspectu sit deformis, certet vero cū eo
 Alceus pulcher ille Milesius, & in deliciis (vt aiūt) Nico-
 strati habitus. Tamen si historia, cū obiter iucundū qd in-
 terferit, multos ad se amantes attrahat. cæterū si solum id
 quod sibi pprium est (veritatis demonstrationē inquā)
 absolute possideat, parum illam pulchritudo sollicitabit.
 ¶ Sane illud quoq; relatu dignum est, q̄ neq; ea quidem
 historia, in qua ferme cuncta fabulosa ac laudibus cliuosa
 existūt, iucunda esse pōt, præcipue penes eos, qui au-
 ricula vtraq; audiunt, ac vbi nō hominū colluuiēs, & ple-
 becula indocta auscultat, sed iudicialit̃, & per iouē Syco-
 phantice quoq; singula expenduntur, per eos, quos nil,
 ne momentaneū quidē fallere potest, quicq; omni ex parte
 corporis, vel Argo ipso pspiciatius vidēt, ac nūmulariorū
 instar dicta singula expendūt. Ita vt adulterina cōfestim
 abiciant, probataq; ac legitima admittant, & solum quæ,
 exacta sunt formæ suscipiāt. ad illos te respicere cū histo-
 riam scribere agrederis, oportet, reliquos vero floctipen-
 dere, etiā si laudando disrūpantur. si vero eosdē neglexe-

Historiæ.
 finis vtili-
 tas.

Athletam
 fortē & q
 vtrumq; ad
 uersarium
 vinceret.
 Homo
 mollis.

Veritate
 historia ni
 tatur.

Argo ocu-
 lator.

ris, historiāq; præter modum fabulis, laudib⁹, ac reliq;
 adulatione condieris forsitan eam Herculi in Lydia simi
 lem efficies, Etenī, consentaneū est, eum te aliquando de
 pictum vidisse, seruientē Omphalæ, & habitu admodum
 enormi instructū. Illam quidē Leonis pelle circū amictā,
 manuq; clauam gestantē, ac si Hercules esset, illum vero
 Crocoto ac purpura indutū, lanam diuidentē, ac ab Om
 phale plagas sandalio suscipientē. Et quod eo in specta
 culo turpissimū erat, dei virilitas, laciniosa, fluida, & in
 cincta veste, indecore effeminabat, ¶ Quinimo, si multi
 forsitan hæc tua laudabūt, at pauci illi (quorū tu iudiciū
 aspernaris) admodum suauiter, & ad sacieratē vsq; ride
 bunt, cū rem tam vecordē, inelegantē, ac male cōglutina
 tā aspexerint. Quod enī vniuscuiusq; propriū, id quoq;
 pulchrum est. si vero illud immutaueris, id ipsum preter
 vsum indecorū fiet ¶ Omitto q; aliquādo laudes delecta
 biles existūt, maxie laudatis, at aliis molestæ, potissimū
 si modū exceßerint, quēadmodū a multis fieri solet, qui
 vt beniuolentiā a laudatis venentur, tam diu eorum lau
 dibus immorantur, donec adulationē penitus manifestā
 reddāt, haud enī iuxta artem id facere norūt, neq; assen
 sationē adūbrare callent. Sed vehemēter instantes, cūcta
 pturbate, indecore, ac nude effutiant, adeo, vt nec illud
 (cuius desiderio maxime tenentur) consequi valeant. Si
 quidem ii, qui ab illis laude afficiūtur, ingenti eos prose
 quuntur odio, ac tanq; adulatores auersantur, sapienter
 quidem rebus suis cōsulentes, precipue si animo prediti
 sint virili. Quēadmodum Aristobolo cōrigit. Is enī, cum
 Allexādri ac Pori certamē cōscripsisset singulare, regi po
 tissimū hunc cōmentationis locū recitabat. Etenī existi

Hercules
 Omphalæ
 seruient

Quod vni
 uscuiusq;
 propriū id
 quoq; des
 corum.

Adalato
 res.

Aristobo
 lus.

Allexan-
dri factū
laudabile.

Dimocra-
tis si vitru-
uio & Stra-
boni credi-
mus

Scriptores
presentes.

Rerū sci-
licet & ver-
borum.

mabat, rem admodū grātam ei se facturum, si res quāsdā
strennue ab eo gestas ementitus fuisset, factaq; fixisset
veritate maiora. At ille librū accepit, prācipitemq; in vn-
dam deiecit (Nam forte fortuna Hydaspen nauigabant
fluuium) verbaq; talia supaddidit. Sic te quoq; Aristo-
bole submergi oporteret, tali duello pro me deppugnan-
tem, elephantosq; iaculo vnico cōficiēte. Maxime vero
indignatio illa Allexandrū decebat, qui nec antea Archi-
tecti audaciā tulerat, pollicētis se Arthon in ipsius imagi-
nem formaturū, montemq; ad regis similitudinē transfi-
guraturū. cōfestim enī adulatoriū hominis ingeniū de-
prehendēs, opera illius nec in aliis de hinc rebus vsus est
Vbi nūc in his delectabile remāet, praterq; si quis adeo
stultus existat, vt his laudibus delectetur, quorū redār-
gutiones prāsto & ante pedes sunt. Veluti cum homines
deformes, precipue vero mulierculæ pīctores admonent
vt sese q; pulcherrime depingant. Etenī longe se elegan-
tiores fore existimāt, si fūco copioso facies incrustet, mul-
toq; pharmaco cerusa cōmisceatur. ¶ Tales hodie quoq;
scriptores q; plurimi reperiuntur, qui cōmodo pprio ac
vtilitati, quā ex historia se adepturos sperant in seruiūt;
quos tamē odio habere optimū esset. Cum presenti tem-
pore adulatores manifesti & inepti existant, in posterū
vero, vniuersum negotiū excessibus suspectū demonstrēt
& si quis omnino delectabile quid, historiā vniuersā cō-
miscendū esse arbitratur, alia orationis ornamēta, quæ cū
veritate iucunda sint, inserere studeat, quæ tamē plurimi
negligentes, ea quæ minime ad rem spectāt, introducere
cōsueuerunt. ¶ Proinde narrare pergā, quæ nup in Ionia
ac per iouem, in Achaia quoq; pauloante a scriptoribus

quibusdam, qui bellum illud descripserant, me audiuisse
 meminisse. Carterū, per gratias, nemo dictis meis fidē dene- Iurantis est
 get, verā etem sunt, nam & iurare quoq; paratus essem, si
 iuramētum vrbānum mihi delatū foret. ¶ Etem eorum Reprehē-
 quispiā protinus a Musis exorsus est, deasq; innocauit, dit scripto-
 vt scriptis suis aspirarent. Viden q̄ concinnū principium rem quēdā
 historiæq; pedibus aptū, actali dicēdi genere congruū. ineptum
 Deinde paululū progressus, Achilli principem nostrum Ironice
 Therſiti vero perſarū æquiparabat regē, ignorās, longe
 sibi prætatiore fore Achillem, si Hectorē potius obtrun-
 casset q̄ Therſitē, atq; si prius fugisset excellens quispiā Sumptū ex
 persecutus quā fuisset ipsum longe prætatiore. Deinde homeri ili-
 laudes quasdam de semetipso inferuit, addiditq; dignū a. Li. xxii.
 se esse, qui res tam egregie gestas describeret. Post hec de fortis præs-
 flectens, patriam suā laudauit, asserens, longe se rectius. bat fortis
 Homero agere, qui nullam patriæ suæ fecisset mentionē or stren-
 Tandē in procemii calce, palam ac manifeste pollicebat nue sequa-
 in manus nostra se sublaturū, Barbaros vero pro virili de batur.
 bellaturum. sicq; historiam inœpit, pariterq; causas, cur Mendatia
 bellū exortū esset explicuit. Ille (etem) inquinatissimus scripturū.
 ac pessime periturus, Vologesus, ppter causam talē bel- A cōuiciis
 lare cœpit. Et hic quidē talia. ¶ Alius vero Thucydidis exorsus est
 æmulator, & summus quidē Authoriq; admodū egregie Reprehē-
 cōparāndus, Principiū (quēadmodū ille) suo ipsius noīe dit alium
 auspicatus est. exordiū sane omniū gratiosissimū, Thy- scriptorem
 mumq; redolens Atticum, Agēs cerne. Creperius Cal- Thucydi-
 purnianus Pompeiopolitanus, bellū parthorū Romano- di.
 rumq; quod inter se gesserūt, cōscripsit, exorsus cōfestim Ironice.
 postq; conflatum est. Proinde post principium tale, quo A Thucy-
 pacto tibi reliqua quoq; explicem, quēadmodum in Ar- dide sum-
tum princi-
piū illud.

Thucydis
dis instar.

menia, Corcyrensem illum Rhetorē in mediū adducens
perorauit. Qualiterue Nisibenis, quoniā Romanis ob-
temperare alpernarentur pestem induxit. Vniuersa peni-
tus a Thucydide cōmodo sumens, excepto dumtaxat pe-
lasgico, ac longis muris, in quibus tunc morbo infecti ha-
bitabāt. in reliqs vero, vt ille, ab Aethiopia luem dedux-
it, & quo pacto in Aegyptum, ac magna ex parte in regis
terras descendisset, recteq; agens ibi mansisset, ostendit.
Cāterū ego illum, miseros adhuc Athenienses Nisibi se-
pelientem, relinquēs discessi, egregie callens, quānā etiā
me digresso dicturus esset. ¶ Proinde & illud quoq; per
q̃bellēse habet, arbitrari, scriptis Thucydidis maxime si-
mile esse, si qs immutatis nōnullis, quā illius ppria sunt
referat. Parua sunt hāc, vt & tu forsītā inquires, At (per Io-
uem) parum abfuit, quim & illa pertransirem. Etenī idē
ille scriptor, varia armorum & machinarū genera, eo quo
Romani apellāt nomine, historię inscripsit, paritor & fos-
sam, pontemq; ac talia multa immiscuit. Cāterū mihi cō-
sidera, quānā historię sit dignitas, maximeq; Thucydis
di cōueniens, si inter vocabula Attica, Italica hāc inserā-
tur, tanq̃ purpurā omātia, decētia, & penitus cōueniētia.
¶ Quidam vero alius ex illis, rerum gestarū cōmentaria
colligens, nuda, scriptis mandauit. Verū admodum pe-
destria, humiq; repentia. qualia milēs gregari9 quispiā
quā in diem accidunt describens, cōponere potuisset, seu
faberlignarius, caupoue aliquis, cū exercitu circūerrans
preterq; q̃ Idiotā ille modestius egisset. Etenī ipse, qua-
lisnam esset, confestim subinitium ostendit. Sed quoniam
vt cuiuspiam elegāiori, magisq; idoneo, historiā pertractā-
dam relinqueret, elaborauit, Solū hac in re ipsum accus-

Eundē ite-
rum repre-
hendit.

Verba ro-
mana gre-
cis immis-
cuit.

Aliū taxat

Diaria.

fauerim, q̄ nimis tumide ac tragice, preterq̄ rerum gesta
 rum fortunā, libros inscripserit/ Callimorphi Medici, ex Prim⁹ vide
 hastatorū ordine, historiarū parthicarū, numerusq̄ cuius licet secun⁹
 bet libro sup additus erat/ Et (per Iouē) procemiū quoq̄ dus tertius
 perq̄ fragile composuit, ita enī colligebat. Historiā scri
 bendæ officiū maxime ad medicū spectare, quoniā Aesc
 culapius Apollinis esset filius, Apollo vero Musarum Argumen
 ductor, ac vniuersæ eruditionis princeps/ Illud quoq̄ re tum ridicu
 prehensione dignū, q̄ cū lingua Ionica scripta sua incho lū.
 asset, nescio qua causā motus cōfestim penitus in cōmunē Scomina.
 mutauit, Nam vocabula vere cōtubernalia, ac vili plebe Non gra
 culæ cōmunia vsurpauit/ veluti medicinale experimentū cā cōmunē
 Insanitas, & reliqua id genus vt plurimū trivialia. sed vulgar
 ¶ Et si rem
 me viri sapientissimi quoq̄ mentionē facere oportet, no Aliū. corri
 mē tamē illius latenter dissimulabo, solumq̄ sentētias ref pit.
 feram, ac commentaria nuper Corinthi recitata, omni spe Ironice
 præstantiora explicabo/ Etenī cōfestim sub initiū, ac in
 prima procemii periodo, legētib⁹ proposuit sermonem
 perq̄ mirificum, ostendere intendēs, q̄ solum sapientem
 conscribere historiā deceret/ Inde paulopost, alios super Deridet
 alios induxit syllogismos, penitusq̄ figuris omnimodis Syllogis
 procemiū absoluit, etiam vsq̄ ad adulationis facietatem, mis histō
 adeo, vt laudes quoq̄ molestæ ac valde scurriles, syllogis riā cōscri
 mo non carerent, sed ex ppositionibus & cōclusionibus bentem
 illæ quoq̄ cōstarent/ Proinde & illud perq̄ odiosum mihi
 visum fuit, ac minime viro philosopho, tanq̄ densæ ac p
 missæ barbæ cōueniens, quod in procemio protulit, prin
 cipem nostrum, præcipuum hoc consequutum esse, vt ei
 us res gestas, philosophi quoq̄ iam conscribere digna
 rentur/ Tale enī, si saltem quid erat, non se ipsum dicere, Aliquid
laude dig
num.

Aliū car- sed nobis considerandū relinquere oportebat. ¶ Atqui
 pit. neq; illius fas est obliuisci, qui tali principio exorsus est.
 Ex herodo- Venio dictur de Romanis & Persis. Et paulopost, oportebat enī Persis male euenire. Et iterum Erat Osroes quē
 to sumptū. graci oxyroen. nomināt Aliaq; multatalia. vide ne hunc
 alteri similem esse. preterq; q̄ ille. Thucydidi, hic vero re-
 admodum Herodoto æquiparari potest. ¶ Quidam
 Aliū scrip- alius in dicendi facultate oppido q̄ celebris, Thucydidi
 torē notat. & ipse similis, vel paulo præstātor illo, ciuitates cūctas
 cōfinia, cāpos, ac flumina, planissime (vt ipse existiabat)
 Hercules expressit. At hæc in capita inimicorū, Hercules malorū
 Alexi ca- depulsor, auertat. siquidem frigiditate Caspiacam niuē,
 eos. Celticamq; glaciem exuperabāt. Porro imperatoris Cly-
 Abhomi- peus, integro vix absolutus est libro. Etenī in vmbilico,
 nantis est. Gorgon existebat, cuius oculi ex cœruleo albo ac nigro,
 mixti erāt, Zona verō iricolor, Draconesq; dependuli cæ-
 Friuola saries ac cincinni erant. Fœminale vero Vologesi, & equi
 frenū, proch Hercules, ex quot verborū myriadib9 vnū
 quodq; illorum constabat. qualisq; coma Osroi Tigridē
 transnatantis erat, ac in quale antrū perfugit, hedera mir-
 to ac lauro tectū, Quæ ideo simul coaluerant, vt sua opa-
 citate vbertim illud inumbrarent. Age cōsidera, quā histo-
 riæ hæc sint necessaria, quēadmodumq; sine illis, quæ il-
 lic gestæ sunt, noscere minime potuissēmus. Cæterū tales,
 ob imbecillitatem vtilium, vel ignorantia dicendorū, ad
 huiusmodi regionū & antrorū descriptiones se conferūt,
 ac quotiescūq; in res suas & arduas incidūt, similes esse
 Exemplū. videntur seruo, recens ex hæreditate domini locupletato,
 qui, neq; quo pacto vestem herilem induere, neq; qua le-
 ge cœnare oporteat, nouerit, sed appositis Gallinaceis,

A prugnis & leporinis carnibus, sapius fabis, ac sordidissimis quibulq; cibariis, ita se ingurgitat vt vorando tantum nō distrūpatur. ¶ Ille igitur scriptor, de quo dixi, Reprehendit de mē dacio.
 vulnera admodum incredenda, mortisq; genera noua descripsit / Quēadmodum quidam in digito pedis magno vulnere accepto, confestim occubuerit / & q; Prisco exercitus ductore, tantū inclamante, decem & octo ex hostib; animam efflauerint / Quid q; in castrorum quoq; numero, idq; preter scripta in principū epistolis contenta, mētus est? Ait enī in pugna iuxta Europum cōmissa, hostiū Myriades septem & triginta, sexq; supra ducentos cecidisse / Romanorū vero duos tantū desideratos, ac nouē vulneratos esse / Hæc haud scio, an quis mentis compos tolerare valeat. ¶ Atqui nec illud, tanq; parui momenti praterreundū est, Nam vt plane Atticus, voceq; defecata, adammussim vsus esse videretur, Ita Romanorū nomina fingere, ac in grācam cōuertere linguam dignū duxit, vt Saturninū Kronum, Phrontonē vero phrontim, Ticianum quoq; Titaniū appellare ausus sit / nec non alia quoq; his longe magis ridicula / Insuper ille idem, cū de Seueriani obitu scriberet, cunctos reliquos deceptos fuisse affirmavit, existimantes, ferro illum sibi necem consciuisse, quandoquidem inedia potius e vita migrasset, mors etenī illa leuissima sibi visa est, sed ignorans cladē illā infra triduū (vt arbitior) acceptā fuisse, eos vero qui cibo abstinent, vt plurimū in septimū durare diem / nisi quispiam Osroem expectātem pmanuisse suspicetur, quoad Seuerianus fame periret, ideoq; per septem dierum spatium, exercitū non admouisse. ¶ Porro, eos qui poeticis in historia vtuntur verbis, quonā loco formose philon, quis cōstituet, di- Europus Syrie est: vrbs Stephanou auctore. Aliud vicium. Res nō credēdas scribens. Taxat poeticis scribētes verbis.

Ironice.

centes, conquassata est machina, murusq; boando delapsus est. Ac iterum in alia parte historiæ venustæ, Edessa e quidem vndiq; armis circūstrebat, & fragor erat, clangoreq; cuncta reboabant/ ac dux quanā parte potissimū exercitum admoueret, deliberabundus mente versabat/ Intērim tamē vocabula vilia, plebeia, & ieiuna, multa vndiq; inculcata inuenies, veluti, scripsit Capitaneus domino, & soldati comparabant indigentia, & iam balneati fiebant ad eos, taliaq; id genus, Ita vt res Tragædo vno pede socco excelso ingrediēti, altero vero Sandalio induto,

**Redarguit
nimium
sumentes**

admodū similis esse videatur. ¶ Atqui & alios cernere est, procemia splendida, Tragicaq; ac mirū in modum polixa conscribentes, ita vt in spem euadas, penitus ad miranda dehinc te auditurū. Cæterū corpus ipsum, quantū ad historiam pertinet, pusillum ac in generosum introdu-

Exemplū.

centes, adeo, vt admodū simile sit Pusioni (sicubi amorem ludentē vidisti) larua perq; maxima seu Herculis, seu Titani Personato / Confestim igitur audientes ipsis

**Athenens
in dipno
sophistis.**

acclamant, parturiūt montes/ Verum haudita, sed vt concoloria ac similia cuncta sint, conuenit, capitiq; reliquum congruat corpus, ne ex auro sit cassis, Thorax vero ridiculus admodū, ex centone quopiam seu pelle marcida cōsutus, at scutum salignum, circaq; tibias porcinū/ Cernis

**Quē Car
res lyndius
fecit.**

siquidē, lepidos illos scriptores, Nano corpi, caput Rhodiorum Colossi Imponere/ Alios vero contra, capite carētia introducere corpora, confestimq; absq; procemio a rebus ipsis ordiri, Xenophontem scilicet imitantes, ita incipientē, Dario ex Parysatide filii nati sunt duo / Nec non

**Initium
historiæ.
Xenophō
tis.**

priscos illos historicos, ignorātes, procemiū vim quādam continere multos latentem, quēadmodum in aliis ostē-

demus cōmentariis. ¶ Cæterū hæc oīa toleranda essent, utpote, quæ eloquutionis, seu reliquæ dispositionis sunt vicia. Verum de locis ipsis mentiri, nec solum in parasan-
gis, sed & integris dierum cursibus decipi, cuiam honesto simile existit? Siquidem illorum quidam, adeo secor-
de res gestas collegit, ut nec Syrum aliquē sciscitatus fue-
rit, neq; (ut dici solet) eos qui in tōstrinis de talibus fabu-
lantur audiuerit, sed de Europo Syrie vrbe referens, ita
dixerit, Sita vero est Europus in Mesopotamia, ab Eu-
phrate duorū dierū itinere distās, eaq; Edeffeorū est Co-
lonia neq; eo contentus, Sed & patriam meā Samosatā,
in eodem libro, generosus ille attollens, cum arce pariter
& muris, in Mesopotamiam vsq; transportauit, ita ut am-
bobus illam intercluderet fluminibus, vtrinq; defluēdo
preterlabētibus, ac tantū nō muros alluentibus. Proinde
nonne hoc risu dignum foret si mē nunc O philon coram
te excusarem q; neq; ex Parthia neq; ex Mesopotamia
oriundus essem quo me admirandus ille scriptor relega-
uit. ¶ Atqui & hoc (per Iouem) admodū veri simile, quod
ille Idem de Seueriano iureiurādo affirmat, Idq; se aquo-
dam, qui ex ea pugna aufugerat, audiuisse refert, neq;
ense illum, nec veneni haustu, aut laquei nexu, decedere
voluisse, sed mortē quandā tragicā, inauditæq; ac nouæ
audatiæ excogitasse/ forte enī fortuna, prægrandia illum
ex vitro limpidissimo habuisse pocula, postq; vero omni
no mori decreuisset, Scyphum fregisse maximū, illiusq;
fragmento ad cædē vsū, eoq; vitro guttur sibi incidisse/
Ita neq; gladiolū, nec lanceolā repperit, ut virilis & He-
roicus sibi obitus cōtingeret. ¶ Inde postq; Thucydides
primos illos, in bello cesos, funebri quadā laudat orati-

Aggredit
maiora vi-
tia.

Parasange

Inexperte
scribens

Error loco
rū.

Scommas:

Ridiculū

Cum Thucydide
æmulando
certant.
Apud thucydidem.

Ad instar
Aiæcis sui
ipsius cedē

Sco.nma.

Reprehendo id
docet.

De iis qui
minuta de
scribunt.

one, Ipse quoq; Seuerianum simili exornandum esse existimauit. Siquidem omnibus ipsis cum Thucydide certamen est, quamuis acceptæ in Armenia cladis petitus culpa ille careat. Igitur Seuerianum magnifice sepeliēs, Aphranium quendam Silonem centurionē, cōtra tumultum statuit, Periclis scilicet æmulum, qui cōcionādo tot ac talia de ipso perorauit, vt (sic me grātia adiuuēt) præ nimio risu, vehementer illachrymari coactus fuerim, maxime cum rhetor Aphranius, in orationis fine, lachrymans cum eiulatione, ac tam acerbe affectus, sumptuosas illas ac lautas cōmemorat cœnas, ac pocillationes. Inde vero Aiaceum quendā annexit exitum, Etenim ensē admodū generose, & vt maxime Aphraniū decebat, distringens, in omniū oculis seipsum supra tumultū iugulauit, haud indignus (per Gradiū) longe maturiore perire morte, quoniam talia Rhetorifaret/ addit & præsentēs cunctos hæc vidisse, summisq; laudibus Aphranium extulisse. Ego si quidem, etsi in aliis ipsum damno, tantum nō iuris & orationum mentionē facientē, placentarumq; recordatione illachrymantē, potissimū tamē in hoc reprehēdo, q̄ scriptorem & fabulæ authorē, nō prius iugulauerit, sicq; ipse deinde occubuerit. ¶ Multos alios Amice his similes tibi enumerare possem, verūtamen paucorum facta mentione, ad alterum promissum iam transibo, Cōsiliū scilicet quo pacto quis venustius historiam conscribere valeat. Etenim cernere est aliquos, q̄ facta ardua & memoratu digna prætermittūt, seu transcurrūt, obruditatē vero ac imperitiā, necnon ignorantia eorum quæ dicenda, seu tacenda sunt, minutissima, admodum diffuse & anxie immorando exponunt. Perinde ac si quis vniuersam Iouis

Olympiāci pulchritudinē, talem ac tantam, nō respiciat De iis qui
 neq; laudet, nec ignorātib; enarret. At scabelli affabrū minutade
 & positum artificiū, calceiq; cōpositionē concinnā admī scribunt.
 retur, hęcq; perq; maxima enarret diligentia. ¶ Audiui Taxat aliq;
 siquidem quendā, pugnā iuxta Europū cōmissā, ne se ad Clepsy
 ptē quidē verbis itegris pcurrisse, viginti vero aquā meh- dram per
 suras, seu paulo plus, in frigidam & nil ad nos attinen- orabant.
 tem cōsumpsisse narrationē. Quēadmodū Maurus qui-
 dam eques, noīe Mausakas, prae siti vagabūdus p mon-
 tes, repperit Syros quosdā rusticos, prandiū apponētes,
 & q; sub initiū illi hominē timuerint, inde certiores facti,
 ex amicis esse, eum hospitaliter suscepit, ac ad prandiū
 inuitauerint, forte fortuna enī ex illis quendam, ad Mau-
 rorum regionem quādoq; pfectum esse, fratre eadē in ter-
 ra militāte. Dehinc fabulā ac narratiōes longā, quo pa- Imptinen-
 cto in Maurusia venatus fuisset, & q; elephantes multos tia.
 simul pascētes vidisset, quo pacto ab leone ppe modum
 deuoratus fuisset, & q; magnos pisces in Caesaria emisset.
 Admirabilisq; scriptor, tantas in Europo cades ppetra-
 tatas relinquēs, IncurSIONES quoq; ac inducias coactas,
 necnō excubias, mutuasq; excubias, ad vesper; vsq; pfun-
 dum absistit, cernens Malchionatum Syrum, in Caesaria
 Scaros pregrandes, vili pretio emptitantem. ¶ Et si nocte
 prauētus nō fuisset, forsitan Scaris iam coctis, cum illo
 coenasset, quā nī diligēter historiā mandata fuissent res
 arduā nos latuissent, Romanisq; damnum intollerandū
 accidisset, si Mausacas Maurus sitiens, potum haud in- Ironice.
 uenisset, sed incoenat⁹ ad exercitum reuertisset. Tametsi
 alia longe magis necessaria nūc premitto, Quēadmo-
 dum tibicina ex pximo pago ad illos venerit, & quo pa-

Et o munera inuicem dederint, Maurus quidē Malchio
 ni lanceam, ille vero Mausae fibulam, necnō alia eius-
 modi multa, quae in praelio iuxta Europū acciderūt. At
 qui haec precipua sunt capita. Idcirco merito quispiā dixe-
 rit, Tales quidē rosas cernere minime, spinas vero radici-
 bus contiguas, diligenter contemplari. ¶ Alius quidam, Cha-
 re Philon, admodum quoq; & ille ridiculus, cum nuncq;
 ex Corintho alterū pedē extulisset, neq; Cenchreas vsq;
 profectus fuisset, Syriam seu Armeniā minime vidisset.
 Ita exorsus est (memini etenim) oculis aures incertiores,
 nunc itaq; scribere aggredior, quae vidi, nō quae audiui.
 adeoq; diligenter omnia inspexit, vt Dracones Parthorū
 (est vero hoc multitudinis apud eos signū, Draco etenim
 mille vt arbitror complexif) Dracones viuos pregran-
 des esse dixerit, in Persia parumper sup Hiberiam geni-
 tos, Parthos vero illos in contis magnis ligatos, alte sus-
 pendere, vt a longe ingruentibus timorem incutiānt. At
 in ipso opere cum iam in pugnā descenderent, Dracones
 solutos, in hostes immittere quinetiā multos ex nostris ita
 deuoratos, alios vero spiris cōstrictos, suffocatos, & extin-
 ctos esse. Et haec ipse praesens cōspexit, securus tamē, nā
 ab arbore eminenti cuncta speculabat. & sapienter qui-
 dem egit, qd cominus cum beluis cōgressus nō est. Si qui-
 dem scriptorem illum admirandū nūc haberemus mini-
 me, qui in bello isto, opera tam magna & insignia manu
 ppria peregit. Etenim periclitatus est vehemēter, ac insup
 circa suram vulneratus, scilicet, cum a Cranio lernam ver-
 sus ire pergeret. Et haec Corinthiis audientibus legebat,
 certissime scientibus, illum neq; in pariete depictum vi-
 disse bellum, Quid q; nec armorū genera, nec machinas

Repræhē,
 dit alium.

Exordium
 scriptoris
 inepti.
 Dracones
 Parthorū.

Somma,

Somma
 Lucus iux,
 ta Corin-
 thum.
 Lerna fons
 extra Co-
 rinthum.

quales essent cognoscebat, neq; acierum vel agminum
 nomina recte tenebat. Maxima igitur adhibita cura, obli-
 quam appellat aciem, quæ erat recta, pariterq; per cornu
 dixit exercitum ducere, id quod est in frontem dirigere,
 ¶ Alius quidam optimus, ab initio ad finem usq; vix quin- Alium no-
 gentis integris complectens verbis, quæ in Armenia, Sy- tar.
 ria, Mesopotamia, iuxta Tigrim, in Media gesta sunt, co-
 scripsit & quavis ita fecerit, historiam tamen se texere in-
 quit, inscriptioneq; ipso ferme libro prolixior fecit. An- Inscriptio
 tiochiani in sacro Apollinis certamine victoris (forsitan eni libri.
 ut arbitror pueros in Armenia & Mesopotamia currêdo
 non scribendo superauerat) eorum quæ a Romanis in Me- Alium taxat
 dia iam gesta sunt explicatio. ¶ Quid, q; futura quendâ
 conscribere audiui, Vologesi scilicet captiuitatē, ac Osroi
 interitū, quæadmodū leoni obiiceret, & sup omnia desy-
 deratissimū nobis triumphum. Ita spiritu perq; fatidico Facetum
 instinctus, ad historię festinauit exitū. Quinetiâ urbem
 in Mesopotamia iam condidit, magnitudine maximam,
 pulchritudineq; pulcherrimā. Præterea deliberat ac con-
 sulit, nunquid a victoria Nicea sit appellanda, an concor- Scomaga.
 dia, siue pacifica, Idq; adhuc sub iudice pendet, noie ve-
 ro pulchra illa ciuitas nobis caret, nugis variis, historico-
 q; mucore plæna ac referta. Porro quæ apud Indos de-
 hinc gerent, Oceaniq; nauigationē, se iam scripturū po-
 licetur, nec pmissiones hæ solum, sed iam procemiū Indi-
 æ compositū est historię, legioq; tertia, ac Celte. Mauro-
 rumq; manus haud contēnenda, hi omnes Indum fluuiū
 vna cū Cassio traiecere. Quid vero acturi sint, quo ve-
 cto Elephantorū excipient impetum, paulopost mirabi-
 lis scriptor, a Mucuride, seu Oxidrakis nos certiores red- Noia loco
C ii nū in India

Quicquid
in Buccā
venit.

Inepta fi-
ctio.

Sagalasis
ciuitas Pi-
sidae.

Librum de
victoria
Parthorū
sed est fal-
sa compo-
sitio.

Scommā
Hic ab irri-
fione defi-
nit & pro-
missum ag-
greditur
opus.

Liuor ipse
Prudentia
ciuilis dicē
diq; facul-
tas historiā
cōscribēti-
sunt neces-
saria.

det Talia multa ob eruditionis inopiam mugant, & quæ
aspectu digna sunt minime cernūt, neq; si viderent, p di-
gnitate eloqui possent. Cæterū cōminiscentes & fingētes
quicquid ad importunā (vt aiunt) linguam venerit, effu-
sunt. ¶ Quid q; librorū gloriā numero, præcipue vero
inscriptionū superbiunt titulis, Nam & illi admodū sunt
ridiculi, videlicet parthicarū historiarū liber venustissi-
mus talis, & iterū Parthidos primus, secūdus, perinde ac
si Atthidos diceret. ¶ Alius qdā lōge vrbanius, legi etenī
Demetrii Sagalasis Parthonica, nō ridendi gratia,
seu vt tam lepidam repræhenderem historiam, sed potius
us vtilitatis causa, scilicet, vt quicumq; hæc & similia dedi-
naret, is magnā partem recte scribendi sibi vendicasse co-
gnosceret, immo se paucis adhuc indigere sciret, si saltem
verum est Dialecticorū illud, immediatorū vnius sublar-
tio, alterius penitus est introductio. ¶ Sed dixerit quispi-
am, exacte area expurgata est, ac spinæ quotquot erant
euulsæ, vepresq; extirpatæ sunt, necnon aliorum rudera
iam eiecta, & si quid asperū fuit hoc plane leuigatum est,
Ita vt iam supædificare, ac nō solum in alienis euertēdis
generosum teipsum ostendere oporteat, sed & quippiam
excogitare idoneū, quod nemo nec Momus ipse, carpere
possit, ¶ Assero, igitur necesse esse, vt quicumq; historiam
q; optime cōscribere aggredit, hæc duo potissimū secum
tanq; peculiaria afferat, prudentiā scilicet ciuilem, dicen-
diq; facultatem. Atqui peritia nullo pacto addisci potest
vtpote, quæ naturæ tantū munus existat, Eloquēdi vero
virtus, exercitatiōe multa, labore assiduo, veterūq; imita-
tione acquiritur. Cæterum sunt hæc citra artificium, neq;
me cōsultore indigent. Etenī reddere ingeniosos, ac præ-

ter naturam industrios, hic noster libellus promittit mi-
 nime/Siquidem multo precio, immo potius vniuerso di-
 gnus esset, si transformare, tamq; decora tribuere posset/
 Etenim esset hoc plumbum in aurum, seu stannum mutare in
 argentum, ex Cononeue Titormon, siue ex Leotrophide
 reddere Milonem/Quaodoquidem artificii ac consilii vti-
 litas, minime ad fabricam eorum quae componunt, sed poti-
 us ad comodum illorum usum spectare deprehendit/Per-
 inde ac si Iccus, vel Herodizes, seu Theon, siue ali9 quis-
 piam exercendi magister, tibi polliceat, si perdas ei in
 custodia tradit9 fuerit, Et si nouercae suae sit amator, ideo
 q; macie confectus, (no Anthiochi9 Seleuci filium Stra-
 tonicenq; illam dico) in Olympicis victore, Theageniq;
 Thasio, seu Polydamati Scorufao, certamine pare ipsu
 reddituru/Ceteru si materia tradita, ad gymnastices per-
 ceptione habilis erit, longe praestantior cum arte copare-
 bit/ Absit igit a nobis tam odiosa promissio, vt arte rem
 adeo difficilem & ardua, praestare posse affirmemus/ No
 eni quemlibet suscipientes, hunc illico historicu nos red-
 dituros asserim9, sed industria naturali praedito, & egre-
 gie in dicendi facultate exercitato, vias quasdam rectas
 ostensuros nos pollicemur. Quib9 si usus fuerit (dumodo
 talis extiterit) citi9 & facili9 ad meta usq; ptigere valeat,
 ¶ Atqui ne censeas, ingeniosu arte & disciplina, in iis qua
 ignorat, haud indigere, Alioquin & si quis Cithara pulsa-
 re, seu tibiis modulari non didicisset, cuncta tamen recte
 noscicaret, sed quonia haud didicit, nil horu callet, Cu ve-
 ro illi quispiam praemonstrauerit, facile peipiet, & a seipso
 recte dein tractabit. ¶ Nunc itaq; talis nobis tradat di-
 scipulus quispiam, Intelligedo ac dicendo, no ingenerosus,

Ex Athles
 ta imbelli
 reddere for
 tem.

Nomina
 Magistro,
 rum.

Imbellis
 mordet
 Perdicam
 quandam
 nouercae
 suae amato
 rem.

Historia
 nota apud
 Vale. maxi
 mu & Iusti
 num.

Nomina
 Athletaru
 quoru seri
 em pausa
 nias i se do
 Eleorum
 ponit.

Ingeniosi.
 quocq; arte
 indigeat
 Qualem
 optet disci
 pulum.

sed perspicax, & qui rebus sibi demandatis recte uti nos-
 scat, Cui magnanimitas militaris, sed ciuilitati cōiuncta,
 nec non imperandi peritia, contigerit. Et (per Iouem) qui
 aliquādo in castris quoque fuerit, militesque se exercitantes,
 ac in ordines explicatos viderit, arma & machinas noue-
 rit, ac quid in cornibus, quid ve in fronte prouidendum sit
 calleat, quo pacto agmina, quemadmodum & unde equi-
 tes educendi, circūducendique sint. Et penitus haud ex illis
 existat, qui nunquam ex domo pedem protulerint, & qui non
 temere nunciantibus fidem adhibeat, maxime vero prae-
 cunctis animi sit liberi, neminem timeat, nihil speret, alio-
 quin prauis similis erit iudiciis, qui seu in gratiam, siue
 in odium sub mercede iudicant. Atqui nec curae sit illi, neque
 Philippus ab Astero Amphipolitano sagittario in Olin-
 thi obsidione exoculatus. sed talis qualis erat ostendatur
 neque Alexander tristabit, si Cliti caedes in cōuiuio cru-
 deliter perpetrata, manifeste describat. Nec Cleonem ipsum
 timebit, quous magnope in contionibus sit potens, sugge-
 stumque obtineat, quo minus dicat, perniciosum ac furiosum
 hominem illum fuisse. Neque vniuersa Atheniensium res pub-
 licae aggreferet, si Clades in Sicilia accepta, Demosthenis capti-
 uitas, ac Nicias obitus narretur. Quēadmodumque siti affe-
 cti extiterint, qualem aquam biberint, quo pactoque multi
 in potu depræhensi, caesi fuerint, Ipse etenim (quod & iustissi-
 mum est) a nemine, qui mentis est compos, esse in culpa
 existimabit, si incoelicer aut stulte acta, ut gesta sunt ex-
 plicabit, Non enim factor, sed rerum illarum erit cōmemora-
 tor. Ideo nec ille, cum nauali decertabunt praelio, eos sub-
 merget, nec si in fugam vertent persequetur, nisi ut indecorum
 subsequatur optare velit. Quādoquidem si tacendo ad-

• Exptus sit
 Historio-
 graphus.

• Conditio-
 nes Histo-
 riographi.

• Philippus
 Macedo.

• Cliti Ca-
 des ab Ale-
 xandro in
 cōuiuio pe-
 petrata.
 • Cleonis
 mentione
 Thucydis
 des facit.
 Quae om-
 nia Thucy-
 dides scrip-
 sit.

uersa, vel cōtrarium scribendo, res male gestas corrigere
 liceret, facile Thucydides quoq, vno prætenui calamo,
 murum apud Epipolas euertere, Hermocratis triremem
 submergere, detestandumq, illum Gilippum vias inter
 munientem ac circūuallantē, transfigere valuisset, & tan-
 dem Syracusanos in Lythotomias coniecere Atheniēses
 vero, cū pristina Alciabiadis spe victoriæ, Siciliam & Ita-
 liam circumnauigātes fingere potuisset. Cæterū, vt arbi-
 tror, neq, Clotho res gestas obliterabit, neq, Atropos in-
 uertet. ¶ Idcirco vnū ac præcipuum scriptoris est opus, vt
 quæadmodū cūcta acta sint, ita fideliter ea enarret, istud
 vero præstare minime poterit, quādiu Xersis sit medicus
 illumq, reuerat, vel speret vestem purpureā, seu torquē
 auream, aut equum nigrum, laudis in historia descriptæ
 mercedē se accepturū. Atqui nō ita faciet Xenophon, scri-
 ptorius, neq, Thucydides, q, etsi nonnullos priuatim
 oderat, longe tamē honestius duxit, veritatē utilitatēq,
 publicā, inimiciis auferre priuatis. Itidē si quēpiā amat
 nō tamē erranti parcat, Nam (vt dicebam) vnū hoc histo-
 riæ comenit, vt qui illam scribere aggredit, soli sacrificet
 veritati, reliq, vero cūcta negligat. ¶ Est insup penitus cu-
 bitus vnus, ac mensura diligēs, vt quis nō solum ad illos
 qui nūc audiūt, sed ad eos quoq, qui scripta in posterum
 manibus versaturi sunt, respiciat, q, si quis temporis præ-
 senti tantū modo obsequi conat, adulatoris esse factiōis
 merito reputabit, quos historia pridem, confestimq, sub
 initū auersata est, haud secus, ac comandi artem gymna-
 stica. Proinde Alexandri dictum illud celebrant, Quam
 cuperē Onesicrates, inquit, cum defunctus essem, admo-
 dicū tēpus reuiuiscere, vt cognoscerē quo animo scripta

Pars muri
 Siracusani
 Ducis Sy-
 racusani.
 Lacedæmo-
 niū qui in
 auxiliū Sy-
 racusanorū
 missus ē
 Vbi lapi-
 des effodi-
 untur.
 Qui bellū
 Atheniens-
 sibus cōtra
 Siculos
 suavit.
 Thucydis
 descripta.
 Fidelis sic
 historia
 graphus.
 Notat hic
 Gressū Cni-
 dium.
 Ab vrbe
 Mediz.
 Verus sit
 historio-
 graphus.
 Ad æuum
 futurū scri-
 ptor respi-
 ciat.
 Ars exerci-
 tandi orna-
 tū respuit.
 Verba Ale-
 xandri.

Onesicra-
tes histori-
am scripsit
Alexandri
quem inter
cetera.
Strabo li-
bro quinto
adulatio-
is & falsita-
tis insinu-
lat.

Homerus
de Achille
Qualem
optet scri-
ptorem.
Aristopha-
nes re suo
nominet
vocabulo.
Laus Thu-
cydidis.
Scribendi
legem tulit.

Thucydi-
des utilita-
tem historiae
finem esse di-
cit.
Nunc de Sti-
lo agit.
Polybium
notat.

hac posteri lecturi essent, minime enim miretis, si nunc illa laudat & amplectuntur, Etenim haud minuta quadam inescatione ista, unusquisque beneuolentiam nostram expiscaturum se sperat. ¶ Idcirco Homero nonnulli, etsi fabulose multa de Achille retulerit, fidem tamen adhibere solent, hoc uno ad veritatis demonstrationem videntes argumento, quod non de viuo, sed iam vita functo scripserit, haud enim cuius rei gratia mentiri debuisset, inueniunt. ¶ Talis igitur mihi scriptor existat, intrepidus, incorruptus, ingenuus, liberae linguae ac veritatis amicus, quique (ut Comicus inquit) ficus ficus scapham vero scapham nominet, non liuori, non amicitiae indulgeat, nemini parcat, nullius ducat misericordia, nullo corripatur pudore, non animo flectatur, iustus sit iudex, omnibus beniuolus, usque adeo, ut ne quid alteri plus iusto tribuat, peregrinus in libris, sine ciuitate, suis viuens legibus, rege carens, haud consideras, an illud seu aliud conueniat, sed quid factum sit enarret. ¶ Admodum igitur recte Thucydides sancit, virtutemque historicam ac vitium se creuit, cum vidisset ingenti esse admirationi Herodotum adeo, ut libri eius Musarum nominibus appellari meruerit, quos suppellectilem potius esse dicit ad perpetuam scribendi normam, quam in praesens certamen, nec fabulositatem amplecti, sed veritatem rerum gestarum posteris relinquere, decere asserit, utilitatisque rationem assignat, quam prudens quisque finem esse historiae censere debet, scilicet, si quando iterum similia accidant, ut homines (inquit) ad praescripta respicere, sicque rebus publicis bene uti valeant. Igitur qui mentem tale sortitus sit, mihi scriptor obtingat. ¶ Quantum vero ad stilum, vimque pertinet elocutionis, haud vehementer illa & aspera, nec non prodis frequentia, argumentationibusque

contorta, reliquæve Rhetoricæ acrimonia, nimis argute
 scripta sua inchoet, sed sedatius incedat. ¶ Sententiæ ve- Tractat de
sententiis. •
 ro sint ordinatæ, densa, & sibi instat. At dictio sit aper- Dicendi
modus.
 ta & civilis, & quæ insigniter materiam ppositâ ostendere
 valeat. Quæadmodû enî loquendi libertatē ac veritatem
 scriptoris menti, Scopum cōstituimus. Ita & eloquutioni
 ipsius, vnus ac potissimus est scopus, aperte demonstra-
 re, ac dilucide res gestas enarrare, nō verbis abstrusis, ex
 orbitantibusve, neq; plebeis illis ac cauponariis, sed vt
 multi intelligāt, eruditi vero laudent. ¶ Oratio præterea Oratio fi-
guris care-
at crebris.
Sententiæ
ad gravita-
tē poeticā.
accendant.
Lucianus
hic obser-
uat quæ p-
cipit.
 figuris ornetur nō molestis, maxime vero in affectatis, ac
 minime ambitiosis. Alioqui iuri opipare nimis condito,
 similis reddetur sermo. ¶ Sententiæ vero, ad magnificam
 illam poeticā & elatam accedant gravitatē, de qua obiter
 participet, præcipue cum ordinibus structis, infesto mar-
 te, navalive configit certamine. Opus enî tum erit poeti-
 co aliquo vento, qui classē secūdo impellat flatu, quiq;
 in altū, summascq; p vndas naues, puehat. At stilus inte-
 rim p terrā incedat, verūtamē sublimitati ac venustati re-
 rum enarrādantē adaptando se extollat, & quoad fieri po-
 terit, assimilet, non peregrinabundus, neq; intempestiuæ
 debacchabundus. Prælicenter etenî euagari, & in poeti-
 cū furorē præcipitari, periculū est maximū. Idcirco præ-
 cipue suatum habent moderanda, ac cohibenda, cum
 haud obscurum sit, ex insolentia nimia, morbū non exi-
 guum generari. longe igit satius erit, vt cū mēs equo ve-
 hatur, eloquutio pedestris, apprahēsa sella, ne ab impe-
 tus derelinquat vehementia, cursu subsequat. ¶ Atqui Cōpatio.
Structura
verborum.
 verborū structura vtendum est media & tpara, nō nimis
 remota & circumducta, Asperū etenî, neq; muneris fer-

Ordo rerū

me (vt a multis fit) copulata, hoc nāq; culpabile est, illud vero audientibus insuaue. ¶ Caterum res ipsa nō sunt vt fors tulit cōponenda, sed laboriose & anxie eadem sapius recensere oportet, & maxime quidē præsente & introspectientē. Sin minus, saltem eos imitari, q̄ fideliter res gestas enarrant, quos ve suspicari q̄s valeat, quā minime vel ad gratiā, vel ad odiū addere, vel demere. Inde etenim cōiectura initijū sumet, verisimiliora scriptorē illū cōposuisse. ¶ Postq̄ vero cuncta seu pluriā collecta fuerint, primo ex eis cōmentaria quā dā cōtexat, ac in corpus rude & informe redigat. Deinde ordinē adhibeat, cultū inserat, stilum ornet, aptet & concinnet, penitusq; tum Homericō similis sit Ioui, iam Thracū equestriū terrā spectanti, iam vero Mysorū pariter & ipse quā sunt Romanorū sepe ratim inspiciat, nobisq; significet, qualia videant sibi ab excelso cōtemplanti. Dehinc Persarū quoq; Inde vtrāq; cōsideret partē, num manus sint cōserturi, cūq; acies iam instruunt nō ad partē vnā respiciat, neq; equitē vnū, seu peditē, nisi Brasidas q̄s p̄siliat, seu Demosthenes munitiones incidat, Primū duces intueat, & si qd praeceperint, num milites audierint, quo modo, qua rōne, quove consilio illos collocarit, ex ordine referat. ¶ Postq̄ vero cōgressi fuerint, cōe sit spectaculū, & quā gerunt tanq̄ in librā tū expendat, vnaq; p̄sequat, & vna fugiat, hisq; oib⁹ mensura adhibeat, haud ad facietatē tū, nec insolēter, neq; iuueniliter, sed facile cūcta absoluat, sistēs illic vbi hāc, ad illa (si res vrget) transeat, inde reuertat, solutus, cū illa vocauerint, ad oīaq; festinet, & quantū possibile erit, vno ac eodē tpe singula ptractet, ab Armeniaq; in Mediā transuet, inde eodē impetu in Hiberiā p̄gat, postea in Italiā, ita vt nullū tempus intermittat. Maxime vero specu-

Vt prisci
annales &
Si senē hi-
storia.
Sumptum
ex Illiade
libro xiiii.
Illius emu-
latione.

Illustris q̄s
piam Thu-
cydidis ex-
p̄m̄lo.

Egregie
docet.

Nulli occa-
sioni de-
sit.

lo illini, lucido, & exácto centro, sílem repræsentet mentē
 Siquidē q̄les rerū imagies suscepit, tales quoq; illas red-
 det/ distortū vero seu decoloratū, a lteriusve formæ nihil, Qui ex
musca faci
unt Elephā
tem.
 nō enī Rhetorum more scribit, sed vt exponenda sunt, ita
 enarrant, iam enī sunt gesta/ Sic aut ordinare & dicere sa-
 oportet, vt nō quærendū sit illis, qd dicāt, sed quāliter di-
 cant. ¶ Proinde penitus arbitrandū est, historiæ scriptorē
 Phidiæ seu Praxiteli, aut Alcameni, vel alii illorū cuipiā Cōpatio
 sílem esse oportere/ Etenī neq; illi aurum, seu argentū, vel
 ebur, aliamue materiā faciebāt, sed eā iā existentē, Elai;
 aut Athenienses, aut Argini, erogātes, antea disposuerāt;
 Illi vero dumtaxat formabant & secabant ebur, inde po-
 liebant, glutinabāt, cōcinnabāt, ac flosculorū instar auro
 inspargebāt, Siquidem illud ars eorū erat, vt affabre ma-
 teriā adapterēt/ Tale igit̃ historici opus erit, vt res orna-
 te disponat, ac p virili eas q̄ euidentissime repræsentet/
 Cū vērō auscultator, quæ dicunt, subinde se cernere arbi-
 tratur, Interimq; laudibus psequit̃, iam tū exacte labor-
 ratū est, debitamq; laudē in ope historico cōsequutus est
 Phidias. ¶ Cūq; pata sunt iam oīa, absq; procemio q̄sq;
 ordiat̃, vtpote, cum res, vt qd præmittāt nō admodū vr- Nominat
Phidiā p
pter exce-
lentiam.
 get/ Eandē tū vim habente principio vtať, quo manifeste
 indicet, quib⁹ de reb⁹ sit dicturus/ Cum vero procemiū Quō histo-
ria sit icho-
anda.
 facit a rebus duab⁹ tantū, nō a tribus (vt rhetores facere
 solent) inchoet/ Nam quicq; ad beneuolētiā attinet, præ-
 termittat/ Audientesq; tantummodo attentos seu dociles
 reddat/ Id fiet, si ostendet, qd de rebus magnis, vel necessa-
 riis, seu domesticis aut vtilibus verba sit facturus/ Intelle-
 ctu vero facilia, luculentaq; sequētia efficiet, si causas ex
 ordie exposuerit, rerūq; gestarū capita cōmode distixerit

Herodoti exordium. Talibus vsi sunt proœmiis scriptorū excellentissimi. Herodotus quidem, ne facta temporis lapsu deleant, cum magna sint & miranda, victoriasq; Græcorum calamitatesq; ostendant Barbarorū. Thucydides vero, & ipse sperans bellum illud fore memorabilius, ac superiorib⁹ maius, quādoquidem calamitates maximæ in illud incidērint. ¶ Proœmiū vero magnitudo, pportione sua rebus recte cōueniat, seu plongatione, siue abbreviatione, ab illoq; ad narrationē contextilis ac ductilis sit transitio. Reliquum enī historiæ corpus, reuera nil aliud, q̃ perpetua est narratio. Quapropter virtutibus illustres p̃priis, leuiter ac plane pcedendo, æqualiter tamē, ne pmineat, ne ue deprimat. Dehinc manifeste dicendi exornet elegantia parata (vt dixi) ac rerū gestarum cōnexionē decorata. Sic enī cuncta absoluta ac perfecta reddet. ¶ Cumq; in principio satis elaboratū fuerit, introducat secūdū, priorū coherēs, & cathenæ instar cōplicatum, ne historiæ corpus truncū remaneat, neq; narratiōes sint q̃ plurimæ, ac inuicē cōfusæ, sed semp primū secūdo, nō solū sit vicinū, verū & coniunctū, ac magnopere pmixtū. ¶ Celeritas vero oīm maxie est vtilis, præcipue vero vbi inopia narrādorū impedimento nō fuerit. Hanc autē nō tam a vocabulis seu verbis, q̃ a rebus ipsis sumere oportet. Dico autē si exigua ac minus necessaria transcurras, magnaq; sufficienter enarres. Immo vero plurima omittas. Haud enī cum amicos conuiuio acceperis, omniaq; parata fuerint, Propterea in mediis bellariis, & alitibus, totq; ollis ac apris, necnon leporibus, & suminibus, Saperdem appones, vel fabas, etiam si tale quid coctum fuerit. Siquidē viliora illa negliges. Maxime vero in montiū, mœnium,

Thucydis principium.

Proœmiū.

Narratio.

Breuitas & charrandis rebus.

Cōpatio.

Piscis vilissimus qui & Coracinus.

& fluminum descriptione, temperandū est, ne insolenter
 vim verborū ostentare, historiamq; prætermittendo, rem
 tuam agere videaris. Sed vtilitatis & claritatis gratia pa-
 rumperdelibādo transibis, viscum in hac re, omnemq;
 etiam talem euitās. Quēadmodum & Homerū magna-
 nimiter facere cernis, quāuis enī poeta existat, Tantalū
 tamen, Ixionē, Ticyūq; ac reliquos cursim præterit. Qd
 si Parthenius, vel Euphorion, seu Callimachus dixisset,
 quotnam putas cārminibus, aquā ad Tantali labia vsq;
 perduxisset? Dein quot Ixionē circumrotasset? Quiimo,
 Thucydides ipse, paucis, in tali dicendi genere vsus est.
 Consydera etenī, q̄ subito absistat, cum machinā, seu ob-
 sidionis figurā necessariam & vtilem describit, vel etiam
 vbi ciuitatum situm, aut Syracusanorū portum ostendit.
 Atqui cum pestem enarrat, q̄uis prolixus esse videat, si
 tamē res exactius cōsyderaues, sic ipsius celeritatem co-
 gnoscēs, nam a rerum gestarū copia, q̄uis fugiēs, tantum
 nō obruitur. ¶ Cum vero aliquando orantē quēpiā in-
 troducere oportebit, præcipue psonæ cōgruētia, rei q; pe-
 culiaria dicantur, ac ea q̄ manifestissime, pmissum est ta-
 men aliqñ rhetorisare, eloquētiaq; vim palam ostendere.
 At laudes ac vituperatiōes admodū sint paræ, accōsyde-
 rata, omniq; careant calumnia. Et quoniā extra forū ver-
 santur, demonstratiuæ, acceleratæ, ac minime intempesti-
 uæ existāt. ¶ Si secus fiet, cum Theopompo merito quis
 culpabitur, odiose plurimos accusanti, & hac in re adeo
 imorāti, vt poti⁹ accusare, q̄ res gestas enarrare videat.
 ¶ Porro, si fabula quæpiam inciderit, exponēda quidem
 erit, nō tamē omnino cōfirmāda, sed in medium ponēda,
 quatenus ynusquisq; de illa suo pte arbitrio coniciere va-

Eloquenti
am tuam

In Odissæ
libro xi.

Thucydi-
dis brevis
dicendo.

De Cōcio-
nibus nūc
verba facit
Nōnunq;
in historia
eloquentie
vires osten-
dere licet.

Theopom-
pus arguit
q i Philip-
pi amicos
acriter iue-
ctus est.
Quō fabu-
la scribēda

leat, fides vero tua min⁹ periclitabitur, si ad neutrum in-
 clinationior eris. ¶ In summā huius mihi memor esto, sapi-
 us illud idem refero, vt nō solum ad præsens respiciendo
 scribas, quo nunc existentes te laudibus psequant⁹ & ho-
 norent. Sed ad vniuersum æuum cōiectando, ad post fu-
 tutos potius elabores, ac ab illis mercedem scripturarum
 tuarū expostules, vt de te dici queat, vir ille ingenuus, lo-
 quendiq; libertate plenus erat, nil adulatoriū, neq; serui-
 le protulit, sed cunctis in rebus solam veritatē amplexus
 est. Id si qs sapit, præsenti ac tam momētaneæ spei vniuer-
 sæ, anteponet, ¶ Cernis ne quid Cnidius ille Architectus
 fecerit? cū turrim pulcherrimā, & omniū maximā in Pha-
 ro Aegipti fabricaret, vnde p̄ imensum Pelagii spacium,
 nocturna nauigantibus ostenderent lumina, ne in Pare-
 toniā inciderent, periculosissimā (vt aiunt) ac vnde nullū
 pateret effugium. Construens igitur molem, clam in mu-
 ri ipsius lapide, suum incidit nomē, cūq; id calce oblinis-
 set ac abscondisset, nomen tum regniātis sup̄ inscripsit, cō-
 syderans (id quod accidit) vt haud multo post, litteræ cū
 vectorio simul opere deciderēt, atq; appateret, Sostrates
 Dexiphanis Cnidius diis salutaribus pronauigantibus.
 Ita ille nō ad seculum suū, nec vitā prospiciebat breuissi-
 mam, sed ad æternitatē, ac tēpus præsens. Quādiu enī tur-
 ris illa stabit, tamdiu & ars ipsius pmanebit. Taliter ita-
 q; historiā quoq; cum veritate potius ad spem futurā, q̄
 cum adulatione ad oblectationē eorum qui nūc laudant⁹
 conscribere oportet. Hæc tibi regula & amussis historiæ
 iusta, qua si qui metiri voluerint, bene erit, ac in vsum de-
 centem a nobis scriptum est, Sin minus dolium circūuo-
 lutum est in Cranio,

Potius fu-
 turā q̄ præsens histo-
 riæ fama
 quærenda.

Strabo li.
 xvii. & Pli-
 nius libro
 xxxv. ine-
 minit.
 Paretonia
 Ciuitas iu-
 xta Alexā-
 driam quā
 & Ammo-
 niam voc-
 cant Au-
 thor Ste-
 phanus.
 Ptolomei
 Philadel-
 phi.
 Hæc erat
 inscriptio.

Frustra
 Drogenis
 instar.

REVERENDO AC LONGE PRAESTAN-
ti viro Domino Jacobo de Bannissis, Cæsarea Maie-
statis a cōsiliis & secretis Decano Tridentino dignissi-
mo Bilibaldus Pyrkheymer S P D.

Ab Imperiali aula, quæ tum i Oeni celebrabat ponte
te insalutato, vir Clarissime, abire coactus sum, quoniã il-
lustrium Bauariæ, ducum controuersia, ob quam a Re-
pub: nostra, illac legatus eram, iam finē fortita esset, tuq;
Maiestatem Cæsareā, confestim ad Caprearum venatio-
nem, in saltus auios, præruptaq; mōtium cacumina per-
gentē, insecutus fuisses/ Domū interim regressus, Luciae
ni Samosatensis illius, Salsi ac omniū facetissimi, cōmen-
tarium de struenda historia, e græco in latinū (etsi tot ne-
gotiis onustus) verti/ In quo, nō solum scriptorū ineptias
vt assolet, vafre præstringit, ac mordendo irridet, Sed &
graphice, quo pacto historia sit texenda, præter cōsuetu-
dinem instruit/ Illum igitur Cæsaream maiestatem, tanq;
maioris vt nosti, moliminis præcursores, adire iussi, addi-
to mādato, vt te imprimis cōueniret, pariterq; neglectū
officium meum suppleret, ac Critolai lance se expendens
dum, seu maui Aristarchi obelis transfigendum, exhibe-
ret, haud ignarus, me fusam illam ac vberimā græce line-
guæ elegantia, orationisq; agmen rotundum, ac modulo
numerosū venustū, nequaquā repræsentasse/ quis eni præ-
stare id valeret? Vtrum vero tumultuaria, & nocturna in-
terprætatiōe ista, a rebusq; forensibus, & seuerioribus le-
gum studiis suffuratis lucubratiunculis, præciū opere fe-
cerim, seu doctis satiffacerim auribus, ex tuo ac aliorum
eruditorum pendeat iudicio/ Quapropter, ne mei labas

ris amore, censuræ perç emunctæ, celeberrimū Diui Se-
baldi Præpositum Melchiorē Pfintzing, cōterraneum
meum, Sebastianū Sperantium Præpositum Brixensem
dignissimū, Ioannē Stabiū Mathematicū & Historio-
graphum insignem, adhibebis/ quos omnes honoris ac
eruditionis gratia apello/ vt cum tecū hæc musarū cater-
ua/ scriptis meis album adiecerit calculum, tum demum,
Imperatoriam Maiestatem, religiose adorādi, vestra cō-
mendatione, Luciano meo licētia cōcedat/ Proinde, q̃ ti-
bi homini in rebus tam arduis occupatissimo, subciliua
hæc nugalia, subciliuis horis examinanda offero, haud
(sat, scio) moleste feres, quandoquidē, cum sis eiusdē Mu-
sæ vir, studia hæc leuiora, tanq̃ oblectamenta quædam,
haud penitus aspernaris, Sed animi laxandi gratia (vt
& mihi euenire solet) ad suauia & blanda hæc ocia, poti-
us q̃ negocia, sæpissime diuertis/ Boni igitur cōsules, &
vt tua est humanitas benigne excipies, quæ tibi iam sin-
cero & candido offero animo/ Incertus plus te suspiciam,
amem ve/ Non solum quoniā inter primores polleas au-
licos, seu q̃ auctoritate, & gratia, plurimū apud Maiesta-
tem præstes Cæsaream/ Verum etiā quoniā rerū pruden-
tia, animi p̃bitate, eruditione singulari, vsu, & experien-
tia, opido q̃ inter cūctos excellas homines/ adeo, vt ma-
ter natura, nō nouerca, tot virtutibus te nō solum ornasse
sed potius cumulasse videatur/ Veruntamē ne nil mode-
stix tuæ tribuisse videar, facius fortassis erit stilo tempe-
rare, q̃ parum digna de te in mediū proferre/ Vela igit̃
cōtraham, obseruantissime ac iucundissime mi Bannissi,
laudesq̃ tuas innumeras, longe meliorib⁹ olim celebran-
das, iam referuo/ Interim mei memor vale, ac Xenophon

tis de rebus Græcis libros septem, in latinum a me ver-
fos, si saltim præ nimis occupationibus breui recogno-
scere licebit, tantum nō in manibus habere existima. Nu-
rembergæ Kal. Decēbris Anno humanæ salutis instau-
ratione M, D, XIII.

Finit Lucianus de ratione conscribendæ
historiæ, ex Græco in latinū tradu-
ctus, Impræssus Nurember-
gæ per Fridericum
Peypus Anno
M, D, XV.

REGNANTE IMPERATORE MAXIMILI-
ANO P, P, SEMPER AVGVSTO,